1536. die 29. Julij.

Joannes Chojenski Episcopus Plocensis,

Consulibus Posnaniensibus.

Famati domini amici charissimi.

Quum animadverterem, quanta scelera Judæi designent, ubique gentium, et quomodo rationes Christianorum, inter quos habitent, impediant et intervertant elaboravi, quoad ejus fieri potuit apud regiam Majestatem a vobis, ut segregarentur, quum prius habitassent promiscuè, et effeceram quidem, ut ea res magnificis dominis palatino et Castellano Posnaniensi transigenda demandaretur. Redierunt modo Judæi negantes extra urbis mœnia tuto se habitare posse id quod aliunde etiam comperimus. In Urbe autem vos recusasse, ut aliquid loci ad ædificandum sibi suggregaretur, quumque importunis precibus instarent et urgerent, quæsivi tamen ego moram ei rei quoad potui Nuntij vestri expectatione, sed cum is tardius veniret, decrevit tandem regia majestas, id quod ex literis ipsius cognoscetis, quo factum

est

est, ut cum veredarius vester venisset nihil ego pro vobis efficere potuerim. Bene Valete, Vilne die Vigesima no:na Julij. Anno Domini 1536.